- 4) Singularis quoque est phrasis cum particula *so* (adeo) ubi ex quolibet verbo germani reciprocum faciunt & augmenti hujus loco præponunt *zu* e. g. *er hat sich so zu geschrieben/* adeo scripsit.

Hoc *zu* itidem ac *ge* in verbis compositis cum præpositione inseparabili abjiciunt e. g.

er hat sich so erzüret/ adeo ira commotus fuit.

Not.

Not. Verbis compositis cum alia parte orationis præponitur iterum hoc augmentum e. g.

<i>gerechtfertiget/</i>	<i>satisfactum.</i>
<i>geweißaget/</i>	<i>prædictum.</i>
<i>geantwortet/</i>	<i>responsum.</i>

§. III. De Verbi Præpositionibus.

Præpositiones verbi sunt vel inseparabiles vel separabiles.

1) inseparabiles sunt

<i>be</i>	ut	<i>begriffen/</i>	comprehensum.
<i>durch</i>		<i>durchsucht/</i>	perlustratum.
<i>emp.</i>		<i>empfangen/</i>	acceptum.
<i>ent</i>		<i>entzogen/</i>	abstractum.
<i>ge</i>		<i>gebotten/</i>	præceptum.
<i>ver</i>		<i>vergesse/</i>	oblitum.
<i>über</i>		<i>überbracht/</i>	traditum.
<i>um</i>		<i>umgossen/</i>	circumfusum.
<i>unter</i>		<i>unterfangen/</i>	nisum.
<i>voll</i>		<i>vollzogen/</i>	perfectum.
<i>wider</i>		<i>widerlegt/</i>	refutatum.
<i>zer</i>		<i>zerstoßen/</i>	contusum.

Not. Hæ, *durch/ über/ um/ voll/* sunt quoque separabiles verbi præpositiones, & variant significationem. e. g.

<i>ich umgisse/</i>	circumfundo.
<i>ich gisse um/</i>	effundo.
<i>ich übergebe was/</i>	prætermitto.
<i>ich gehe über/</i>	transseo sc. ad hostem.

2) Præ-

2) Præpositiones verbi separabiles sicut, quæ verbo præ & postponuntur, (de quo vide in constructione) pauca tamen sunt, quæ solum verbo inserviunt nempe

ab	abgestiegen/ descensum.
dar	dargebracht/ allatum.
ein	eingeflochten/ innexum.

Reliquæ sunt quoque vel adverbia vel præpositiones nominum vel interjectiones.

3) Adverbia sunt

heim domum,	ich gehe heim/ peto domum.
empor sursum,	er steigt empor/ ascendit.
fehl frustra,	es schlägt fehl/ frustraneum est, non procedit.

los libere, die Büchse geht los / bombardarda exploditur.

innen intus, innen worden/ rescitum.
wieder iterum, rursus, ich komme wieder/ redeo.

4) Præpositiones nominum sunt.

an ad,	angefangen/ inceptum.
auf in,	aufgestiegen/ ascensum.
aus ex,	ausgegangen/ egressum.
bey apud,	bengelegt/ compositum.
für vel vor/	fürgebracht/ prolatum.
mit cum,	mitgebracht/ allatum.
zu ad,	ich bringe zu/ consumo.

5) interjectiones sunt

fort/	ich gehe fort/ abeo item pergo.
weg/	ich gehe weg/ abeo.

6) Sapissime occurrunt præpositiones verbi hin/ (denotat remotionem & discessum) & her/ (quæ admotionem significat) sapius quoque cum aliis præpositionibus conjunctæ occurrunt e. g.

Ich gehe hin/ discedo.

Er stieg hinauf/ ascendit.

Sie gingen den Berg herunter/ montem descendeabant.

Der Feind ging in die Stadt hinein/ hostis intravit urbem.

§. IV. De verbis auxiliaribus.

Verba auxiliaria in germanica lingua dividi possunt in necessaria & libera,

1) Necessaria sunt, quibus verbum principale in flexione sua carere non potest, horum sunt tria, ich habe habeo, ich bin sum, ich werde fio.

2) Libera sunt, quæ ad clariorem sensum reddendum & majorem emphasim verbo principali opponuntur, sunt vero ich darf/ ich mag/ licet mihi, ich kann possum, ich lasse permitto, ich muß debeo, ich will volo.

Quidam etiam his verbis ich thue facio, ich beginne incipio, ut auxiliaribus utuntur, e. g.

Ich thue sagen/ dico.

Er begunte zu lesen/ legebat.

Quod tamen fugiendum, quia plebs quibusdam in locis solummodo in hisce verbis magnam elegantiam quærit, ab honoratioribus & eruditibus nec dicitur neque scribitur prius, posterius vero raro occurrit.

Conjugatio verbi auxiliaris gehabt.

Indicativus

Præfens.

ich habe	pl.	wir haben
du hast		ihr habet
er/ sie/ es hat		sie haben.

Imperfectum.

ich hatte habebam.	wir hatten
du hattest	ihr hattet
er/ sie/ es hatte	sie hatten.

Perfectum.

ich habe gehabt habui,	wir haben gehabt
du hast gehabt	ihr habet gehabt
er/ sie/ es hat gehabt	sie haben gehabt.

Plusquamperfectum.

ich hatte gehabt habue-	wir hatten gehabt
du hattest gehabt (ram,	ihr hattet gehabt
er hatte gehabt	sie hatten gehabt.

Futurum.

ich werde haben habe-	wir werden haben
du wirst haben (bo,	ihr werdet haben
er wird haben	sie werden haben.

Imperativus.

habe habeas,	habet habeatis,
habe er/ sie/ habeat,	haben sie habeant.

Conjunct.

Conjunct.

Præfens.

ich habe habeam,	wir haben
du habest	ihr habet
er/ sie/ es habe.	sie haben.

Imperfectum.

ich hätte haberem,	wir hätten
du hättest	ihr hättet
er/ sie/ es hätte	sie hätten.

Perfectum.

ich habe gehabt habuerim,	wir haben gehabt.
du habest gehabt	ihr habet gehabt
er/ sie/ es habe gehabt	sie haben gehabt.

Plusquamperfectum.

ich hätte gehabt habuissem,	wir hätten
du hättest gehabt	ihr hättet
er/ sie/ es hätte gehabt	sie hätten.

Futurum. I.

ich würde haben habuero,	wir würden haben
du würdest haben	ihr würdet haben
er- sie/ es würde haben	sie würden haben.

Futurum II.

ich würde gehabt haben habi-	wir würden gehabt
(turus fuissetem.	(haben

du würdest gehabt haben	ihr würdet gehabt ha-
er/ sie/ es würde gehabt ha-	(ben
(ben.	sie würden gehabt ha-
	(ben.

D

Infini-

Infinit.

Pres. 1. haben habere.
2. zu haben habere.

Perfect. 1. gehabt haben habuisse.
2. gehabt zu haben habuisse.

Supin. zu haben adhabendum.

Part. habend habens.

Hoc auxiliare verbum construitur cum illis, quæ habent passivum, & cum quibusdam neutris, quæ nullum habent passivum e. g. ich habe geschlafen/ dormivi. Quando cum presenti secundo infinitivi construitur, tunc explicari debet per gerundium latinorum in dus e. g.

Ich habe zu schreiben/ scribendum est mihi.
Er hat zu thun/ agendum est illi.

Conjugatio Verbi auxiliaris secundi gewesen.

Indicativus.

Præsens.

ich bin sum	wir sind vel seyn
du bist	ihr seyd
er ist/ es ist	sie sind/ seyn & seynd.

Imperfectum.

ich war eram	wir waren
du warest	ihr waret
er war	sie waren.

Perfectum..

ich bin gewesen fui	wir sind gewesen
du bist gewesen	ihr seyd gewesen
er/ sie/ es ist gewesen	sie sind gewesen.

Plusquamperfectum.

ich war gewesen &c.

Futurum.

ich werde seyn ero	wir werden seyn
du wirst seyn	ihr werdet seyn
er wird seyn	sie werden seyn.

Imperativus.

sey	seyd
sey er/ sie	seyn sie.

Conjunctivus.

Præsens.

ich sey sim	wir seyn
du seyst	ihr seyd
er sey	sie seyn.

Imperfectum.

ich wäre essein,	wir wären
du wärest	ihr wäret
er/ sie/ es wäre	sie wären.

Perfectum.

ich sey gewesen fuerim,	wir seyn gewesen
du seyst gewesen	ihr seyd gewesen
er sey gewesen	sie seyn gewesen.

Plusquamperfectum.

ich wäre gewesen fuillem, wir wären gewesen
 du wärest gewesen ihr wäret gewesen
 er/ sie/ es wäre gewesen sie wären gewesen.

Futurum. I.

ich würde seyn fuerim wir würden seyn
 du würdest seyn ihr würdet seyn
 er würde seyn sie würden seyn.

Futurum II.

ich würde gewesen seyn/ wir würden gewesen seyn
 (futurus fuillem, ihr würdet gewesen seyn
 du würdest gewesen seyn sie würden gewesen seyn.
 er würde gewesen seyn

Infinitivus.

Præs. 1. seyn esse.
 2. zu seyn esse.

Perf. 1. gewesen seyn fuille.
 2. gewesen zu seyn fuille.

Hoc auxiliare cum verbis construitur, quæ ca-
 rent passivo; quando hocce cum præsentii fe-
 cundo infinit. construitur, eodem modo ac au-
 xil. primum explicatur per gerundium in dus,
 e. g.

Er ist zu lieben/ amandus est.

Die Thorheit ist zu meiden/ stultitia est fugi-
 enda.

Conjugatio auxiliaris tertii

worden I. geworden.

*Indicativus**Præsens.*

ich werde seyn, wir werden
 du wirst ihr werdet
 er/ sie/ es wird sie werden.

Imperfectum.

ich wurde I. ward wir wurden
 du wurdest ihr würdet
 er wurde/ ward sie wurden.

Perfectum.

ich bin worden wir sind worden
 du bist worden ihr seyd worden
 er ist worden sie sind worden.

Plusquamperfectum.

ich war worden &c.

Futurum.

ich werde werden &c.

Imperativus.

werde werdet
 werde er/ sie werden sie.

*Conjunctivus.**Præsens.*

ich werde wir werden
 du werdest ihr werdet
 er werde sie werden.

Imperfectum.

ich würde	wir würden
du würdest	ihr würdet
er/ sie/ es würde	sie würden.

Perfectum.

ich sey worden &c.

Plusquamperfectum.

ich wäre worden.

Futurum. 1.

ich würde seyn &c.

Futurum 2.

ich würde seyn worden &c.

*Infinitivus.**Præs.* 1. werden

2. zu werden

} fieri.

Perfect. 1. worden seyn

2. worden zu seyn

} factum fuisse.

Hoc auxiliare non solum constituit futurum activi, addito infinitivo, sed etiam totum passivum addito supino, e. g.

Præsens ich werde geliebt amor, &c.*Imperf.* ich ward geliebet amabor &c.*Perfect.* ich bin geliebt worden amatus sum &c.

Conjugatio verborum auxiliarium liber.

Quoniam fere omnia irregulariter conjugantur, ideo quoque ea annotare volumus.

Con-

Conjugatio verbi

gemacht.

Indicativus

Præsens.

ich mag licet mihi,	wir mögen
du magst	ihr möget
er mag	sie mögen.

Imperfectum.

ich möchte	wir möchten.
du möchtest	ihr möchtet
er möchte	sie möchten

Perfectum.

ich habe gemacht &c.

Plusquamperfectum.

ich hatte gemacht.

Futurum.

ich werde mögen.

Imperativo caret.

Conjunctivi

*Præsenti caret.**Imperfect.*

ich möchte	wir möchten
du möchtest	ihr möchtet
er möchte	sie möchten.

*Perfecto caret.**Plusquamperfecto* ich hätte gemacht &c.

D 4

Futur.

Conjugatio verbi auxiliaris III.

gekont.

Ind. Pres. ich kan/ pl. wir können.

Imperf. ich konte/ Conj. ich könnte.

Indicat hoc potentiam alicujus rei, & fere idem significat ac latinorum possum, e. g.

Gott kan der Menschen Unschlde leicht vernichten/ Deus potest hominum proposita facile annihilare.

Aliquando interpretari debet per latinorum imperativum aut conjunctivum, e. g. du kannst weggehen/ abi. Er kan denn wieder fortlauffen/ ne iterum auffugiat.

Verbum auxiliare IV.

gelassen.

Flexionem hujus vide in conjugatione prima indicat vero concessionem alicujus rei, e. g.

Laß ihn leben/ amet.

Er läßt ihn weggehen/ dimittit eum.

Causam quoque principalem definit accuratius e. g. non explicari debent verba cornelii; Miltiades pontem fecit in istro flumine, Miltiades hat eine Brücke über die Donau gemacht/ sic esset causa instrumentalis, sed explicari debet; Miltiades hat eine Brücke über die Donau schlagen lassen.

Ver-

Verbum auxil. V.

gemußt.

Flectitur ut verbum secundæ conjugationis; imperf. conjunct. ich müsse & müste. indicat vero necessitatem & probabilitatem: er sagte/ der Mensch müsse von vornehmen Eltern herkommen. Ich muß essen/ debeo, oportet, necesse est, ut edam.

Auxil. VI.

gesollt.

Eodem modo flectitur & præsupponit necessitatem de re quadam agenda ab alio destinata; hujus necessitas est quasi in fieri, præcedentis vero verbi in esse, e. g.

ich habe müssen schreiben/ necessitas requisivit, ut scriberem.

ich habe sollen schreiben/ postulavit quidam, ut scriberem.

variis adhuc modis cum verbo principali constructur, ubi mox interpretatur per latinorum imperativum vel conjunctivum, sæpius quoque per dicitur vel habetur, e. g. per imperat.

er soll lieben/ amato.

per conjunct.

GOTT soll mein Zeuge seyn/ Deus sit testis meus.

per dicitur:

Der Kaiser Augustus soll ein kluger Herr gewesen seyn/ Imperator Augustus princeps prudens dicitur fuisse,

Auxil.

Auxil. lib. VII.

gewollt.

ich will
du willst
er/ sie/ es will

Indic. Praes.
wir wollen
ihr wolle
sie wollen.

Imperf. ind. & conjunct.

reliqua conjugantur ut priora: indicat vero voluntatem & idem significat ac latinorum verbum volo, infinitivo vero praepositum indicat aliquando futurum, e. g.

ich will schreiben/ scribam.

§. V.

De Verbo principali,

Et in specie

De

Prima Conjugatione.

Supinum hujus conjugationis terminatur in en/ ut supra dictum, omniaque hujus conjugationis verba sunt primitiva, exinde etiam hanc conjugationem primum in locum ponendam esse consui. Radix vero in hac conjugatione mirum in modum vocalem suam mutat, quamobrem alii grammatici haec verba irregularia nominant, an vero merito hoc fecerint, quilibet ipse iudicet.

Quin-

Quinque sunt vocales, exinde quoque tot oriuntur distinctiones.

I) *Quae habent in radice vocalem a retinent illam in praesenti, in imperfecto v. mutant illam quaedam in i. e. g.*

Supin. Praes. Imperf.

Gefallen/ casum ich falle cado, ich fiel cadebam
Sic etiam, geblasen/ gebraten/ (imperf. ich brie/ dicitur raro) gehalten/ gehalten/ gehalten/ (imperf. hieb) gelassen/ gelaufen/ gerathen/ geschlafen. alia habent in imperf. u. e. g.

Supin. Praes. Imperf.

Getragen latum, ich trage fero, ich trug ferebam.
Sic etiam: gebacken/ gefahren/ gegraben/ geladen/ geschaffen/ geschlagen/ gewachsen/ gewaschen.

Irregularia sunt:

Gegangen/ itum, ich gehe/ ich ging.
Bestanden/ statum, ich stehe/ ich stand.
Gethan, factum, ich thue/ ich that.
Gehaben/ sublatum, ich hebe/ ich hab & hab.

II.) *Quae habent in radice e retinent illud in praesenti, in imperfecto mutant illud in a. e. g.*

gessen/ esum, ich esse/ edo, ich aß/ edebam,
Sic quoque vergessen/ gefressen/ gegeben/ gelesen/ gemessen/ geschehen/ gesehen/ getreten.

Irregularia sunt:

Gelegen/ ich liege/ ich lag.
Gebet/ precatum, ich bitte/ ich bat.
Gefessen/ ich sitze/ ich saß.

III) Quae

III) *Quæ habent i vel quod idem est, iē mutant illud in præsentī in ei/ in imperf. retinent, e. g.*

geschrieben / scriptum, ich schreibe / ich schrieb.
Sic etiam getrieben / geblieben / & plura alia.

IV) *Verba quæ habent in medio o / diversimode illud mutant, quedam enim mutant illud in præsentī in ei / & in imperfecto illud retinent, e. g.*

geflochten nexum, ich flechte / ich flochte.

Eodem modo geborsten / gefochten / geschmolzen /
gejohren / gehoben / gerochen. alia habent in præsentī
e / & in imperfecto a / e. g.

gestorben mortuum, ich sterbe / ich starb.

Sic verborgen / gebrochen / gebohren / verdorben /
gedroschen (imperf. drasch & drotsch) gegolten / ge-
holffen / genommen / gescholten / erschrocken / ge-
schwollen / gesprochen / gestoehen / gestohlen / ge-
troffen / erworben / worden / geworffen.

Alia habent in præsentī i / & in imperfecto reti-
nent o / ut gegossen fufum, ich gisse / ich goss.

Sic etiam gebogen / verdrossen / gepflogen / geflof-
fen / gebohren / gekrochen / gelogen / (habet in
imperf. præsent. ich lüge / ad differentiam ich lie-
ge jaceo) verlohren / genossen / gerochen / ge-
schlossen / geschoben / geschossen / entsprossen / ge-
stoben / gefotten / betrogen / gewogen / gezogen.

Verba, quæ habent duas literas liquidas in fine
radicis, accipiunt in præsentī i / & in imperfe-
cto a / (excipe tamen genommen) ut
gesonnen / maditatum, ich sinne / ich sann.

geronnen / gesponnen / gewonnen / geglommen /
geqvollen.

Irregularia sunt:

Geschworen / ich schwere / ich schwur.

Gefoffen / ich fauffe / ich soff.

Gefogen / ich sauge / ich sog.

Gestossen / ich stoße / ich stieß.

kommen / ich komme / ich kam.

V.) Verba quæ habent in medio u / accipiunt
ejus loco in præsentī i / in imperfecto retinent
u / vel mutant illud in a / usitatius tamen u est in
singulari in plurali fere semper e. g.

gefunden inventum, ich finde / invenio, ich fund
& fand / inveniebam. Sic etiam gebunden / ge-
drungen / gedungen / & plura alia. Irregularē est
geruffen.

Not. Adhuc tamen verba hujus conjugationis mutationem
patiuntur duobus in locis.

1) In præsentī indicativi.

1) Verba, quæ habent in præsentī a vel o / mü-
tant illa in secunda & tertia persona singularis
in suas diphthongos e. g.

Ich schlafe / dormio, du schläffst / dormis, er
schläft / dormit.

Ich stoße / trudo, du stößest / trudis, er stößt / trudit.
Exc. a retinent in secunda & tertia persona ge-
hauen / geladen / geschaffen.

2) Quæ

2) Quæ habent e/ mutant illud in i vel ie/ e. g.
 ich gebe/ do, du gibst/ das, er giebt/ dat.
 ich sehe/ video, du siehst/ vides, er siehet/ videt.
 exc. ich stehe/ ich gebe.

3) Quæ habent i vel ie quæ retinent ei mutant illa in eu/ potest tamen ie etiam retineri, e. g.
 ich flisse/ fluo, du fließt vel fließt/ fluis, er fließt
 vel fließt/ fluit.

II.) In imperfecto conjunctivi mutantur a/ o/ e/ u/ im-
 perfecti in suas diphthongos, e. g.

ich saß sedebam, ich saße federem.
 ich genoss fruebar, ich genöthe fruener.
 ich flog volabam, ich flöge volarem.
 ich schwur jurabam, ich schwüre jurarem.

Schema

Conjugationis primæ

getragen/ latum.

Indicativus Præsens.

ich trage
 du trägest
 er trägt

wir tragen
 ihr traget
 sie tragen.

Imperfectum.

ich trug
 du trugest
 er/ sie/ es trug

wir trugen
 ihr truget
 sie trugen.

Perfect.

Perfectum.

ich habe) wir haben)
 du hast) getragen. ihr habet) getragen.
 er/ sie/ es hat) sie haben)

Plusquamperf. ich hatte getragen &c.

Futurum.

ich werde tragen wir werden tragen
 du wirst tragen ihr werdet tragen
 er/ sie/ es wird tragen. sie werden tragen.

Imperativus.

trage (a) traget
 trage er/ sie. tragen sie.

Conjunctivus.

Præsens.

ich trage wir tragen
 du tragest ihr traget
 er/ sie/ es trage sie tragen.

Imperfectum.

ich trüge wir trügen
 du trügest ihr trüget
 er/ sie/ es trüge sie trügen.

(a) Secunda persona imperativ. formanda est a prima persona præf. indicat. quæ vero e habent in radice a persona secunda, e. g. gib non geb/ sieh &c.

E

Perfect.

Perfectum.

ich habe getragen	wir haben getragen
du hast getragen	ihr habet getragen
er/ sie/ es habe getragen	sie haben getragen.

Plusquamperfectum.

ich hätte getragen	wir hätten getragen
du hättest getragen	ihr hättet getragen
er/ sie/ es hätte getragen	sie hätten getragen.

Futurum. 1.

ich würde tragen	wir würden tragen
du würdest tragen	ihr würdet tragen
er/ sie/ es würde tragen	sie würden tragen.

Futurum. 2.

ich würde)	wir würden)
du würdest)	getragen ihr würdet)
er/ sie/ es würde)	haben. sie würden)
	haben.

Infinitivus

Præs. 1. tragen	ferre.
2. zu tragen	ferre.

Perf. 1. getragen haben	tulisse.
2. getragen zu haben	tulisse.

Gerund. zu tragen ferendum.

Particip. tragend.

N. I. Hoc participium potius adjectivum absolutum, quod a verbo derivatur, dicendum, quod tamen non ubique locum habet; non possumus enim participia latinorum eodem explicare, e. g. ferentem librum ego vidi, *ich habe ihn ein Buch tragende gesehen*/ quod quidem aliqui faciunt, qui libros in nostram linguam transponunt, sed minus congruum linguæ nostræ, describimus potius & eleganter cum præpositione nominis, e. g. lachrymans abiit, *er ist mit weinenden Augen fortgegangen*: hoc tamen participium aliquando adverbii loco adhibetur, e. g. *Er hat es unwissend gethan*/ nesciens fecit. *Du hast es stehend verrichtet*/ stando fecisti.

N. II. Dantur verba, quæ in prima conjugatione sunt neutra, in secunda activa & idem præsens habent, in imperfecto vero & supino differunt, quare non sunt confundenda, e. g. *ich bin geschmolzen*/ liquefactus sum, *ich habe geschmolzt*/ liquefeci, utriusque præsens est *ich schmelze*: Sic etiam *ich bin verdorben* perditus sum, *ich habe verdorbt*/ corrupe, præsens *ich verderbe*/ *ich erschrecke*/ *ich lesche aus*/ &c.

Conjugatio II.

HÆc facillimo modo tractatur, radix terminatur in *er*/ quod in præsentii abjicit & in imperfecto recipit cum sua terminatione, e. g. *gemacht*/ factum, *ich mache*/ facio, *ich machete* contracte *ich machte*/ faciebam; in medio nulla fit mutatio, excipe tamen

1) Verba quædam primitiva, quæ habent n vel ð / post mediam vocalem a / habent quod e / quod retinent in præsentî, in imperfecto recipiunt a / e. g. genannt vel genennt nominatum, ich nenne nomino, ich nannte nominabam, gesandt vel gesendt missum, ich sende mitto, ich sandte mittebam, gesteckt &c.

Excipe tamen verba derivata e. g. gesackt farciatum, a Sack faccus.

2) Quædam habent in supino u & ð / ð retinent in præsentî, in imperfecto vero u / e. g. gedrückt vel gedrückt pressum. ich drücke premo, ich drückte premebam &c.

Irregularia totius Conjugationis sunt

gebracht allatum, ich bringe / ich brachte.

gedacht cogitatum, ich denke / ich dachte.

gewußt / *Præs.* ich weiß / scio.

du weißt

er / sie / es weiß.

pl. wir wissen
ihr wisst
sie wissen.

Imperfectum.

ich wußte &c.

Schema

Schema Conjugationis II.

gemacht factum.

Indicativus.

Præsens.

ich mache	wir machen
du machest	ihr machtet
er / sie / es macht	sie machen.

Imperfectum.

ich machte	wir machten
du machtest	ihr machtet
er / sie / es machte	sie machten.

Perfectum.

ich habe gemacht	wir haben gemacht
du hast gemacht	ihr habet gemacht
er / sie / es hat gemacht	sie haben gemacht.

Plusquamperfectum.

ich hatte gemacht	wir hatten gemacht
du hattest gemacht	ihr hattet gemacht
er / sie / es hatte gemacht	sie hatten gemacht.

Futurum.

ich werde machen	wir werden machen
du wirst machen	ihr werdet machen
er / sie / es wird machen	sie werden machen.

Imperativus.

mache	machet.
mache er / sie	machen sie.

E 3

Conjunct.

Conjunctivus.

Præsens.

ich mache wir machen
 du machest ihr machet
 er/ sie/ es mache sie machen.

Imperfectum.

ich hätte gemacht wir hätten gemacht
 du hättest gemacht ihr hättet gemacht
 er/ sie/ es hätte gemacht sie hätten gemacht.

Futurum 1.

ich würde machen wir würden machen
 du würdest machen ihr würdet machen
 er/ sie/ es würde machen sie würden machen.

Futurum 2.

ich würde wir würden)
 du würdest gemacht ihr würdet) gemacht
 er/ sie/ es würde) haben. sie würden) haben.

Infinitivus.

Præf. 1. machen.

2. zu machen.

Perf. 1. gemacht haben.

2. zu haben.

Gerund. zu machen.

Particip. machend.

Hoc modo flectuntur omnia verba derivata & peregrina.

Præte-

Præterea nota 1) verba composita cum præpositione inseparabili eodem modo ac simplicia conjugantur, tamen sine augmento ge/ e.g. vergessen oblitum, beschrieben delineatum.

2) Verba composita cum præpositionibus separabilibus non aliter ac simplicia conjugantur, præpositio vero præponitur verbo, quando verbum principale nullam personam indicat; postponitur, quando ullam indicat, nisi in fine locetur, ubi etiam præponitur, e.g. ich gehe weg abeo, hic indicat personam, ich bin weggegangen/ hic quidem verbum auxiliare personam indicat, sed non principale, cui præponitur præpositio, sag mir/ daß ich fortgehe/ dic mihi, ut abeam: plura vide infyntaxi.

S. VI. Passivum quilibet ipse formare potest, nempe præpones modo verbum auxiliare worden Supino cujuslibet verbi, & habebis ejus passivum, e. g.

Indicativus.

Præsens.

ich werde geliebt amør, wir werden geliebt
 du wirst geliebt ihr werdet geliebt
 er wird geliebt sie werden geliebt.

Imperfectum.

ich wurde geliebt &c.

Perfectum.

ich bin geliebt worden &c.

Plusquamperfectum.

ich war geliebt worden &c.

E 4

Futur.

Futurum.

ich werde geliebt werden &c.

Imperativus.

werde du geliebt werdet ihr geliebt
werde er/ sie geliebt werden sie geliebt.

Conjunctivus.

Præsens.

ich werde geliebt wir werden geliebt
du werdest geliebt ihr werdet geliebt
er werde geliebt sie werden geliebt.

Imperfectum.

ich würde geliebt wir würden geliebt
du würdest geliebt ihr würdet geliebt
er/ sie/ es würde geliebt sie würden geliebt

Perfectum.

ich sey geliebt worden &c.

Plusquamperfectum.

ich wäre geliebt worden &c.

Futur. 1.

ich würde geliebt seyn &c.

Futur. 2.

ich würde geliebt worden seyn &c.

Infinitivus.

Præf. 1. geliebt werden.
2. geliebt zu werden.
Perf. 1. geliebt seyn worden.
2. geliebt worden zu seyn.
Gerund. geliebt zu werden.

S. VII.

De

Reciprocis.

I.) Sunt verba, quæ semper assumunt accusativum pronominis personæ primæ mich/ secundæ dich/ & tertiæ sich/ hinc dicuntur reciproca, conjugatio vero est regularis, ut

Præf. ich freue mich gaudeo, &c.

Imperf. ich freuete mich gaudebam &c.

Perfect. ich habe mich gefreuet gavifus sum.

Futur. ich werde mich freuen/ & sic porro: talia quoque sunt, ich ärgere mich/ ich beiße mich/ rixas moveo, ich breche mich/ ich räche mich/ &c.

Verba hæc tamèn non sunt confundenda cum quibusdam impersonalibus, quæ quidem etiam assumunt accusativum personæ, attamen non sunt reciproca, in prima persona quidem dico

es hungert mich/ esurio.

non autem dico

es hungert sich/ sed es hungert ihn/ esurit.

II.) Germani quoque ex quibusdam verbis faciunt reciproca & quidem impersonalia, quæ explicari debent per latinorum passivum, aut alio modo describi, e. g.

es ist sich/ editur.

es schläfft sich im Bette am besten/ optima est requies in lecto

Dicitur quoque es geht sich/ es vergift sich/ es isst sich/ es läßt sich nicht thun/ &c.

III.) Adhuc aliud reciprocum ex quocunque verbo germani faciunt, ubi addunt particulam *zu* ad majorem emphasin conjugatio vero ejus est regularis, e.g.

Ich zu lache mich / valde rideo.

Er zu schrieb sich / daß ihm die Hände weh thaten / adeo scribebat, ut dolorem digitorum sentiret.

In perfecto, Plusquamperfecto & Futuro adhibetur in verbis neutris pro auxiliari *ich* bin verbum *ich habe* & adhibetur particula *so* (adeo) e.g.

Ich habe mich so zu lauffen / adeo cucurri.

Er hätte sich so zu liebt / adeo amavisset.

§. VIII.

De

Impersonalibus.

Impersonalia sunt, quæ solummodo in tertia persona singularis conjugantur, & hæ nullam quoque difficultatem movent. e.g.

es regnet / pluit.

imperf. *es regnete*.

perfect. *es regnete* &c.

CAP. VIII.

De

Adverbiis.

PAuca sunt apud germanos adverbia, quia nempe adjectivis horum loco utuntur, ut supra

pra in adjectivo monitum, vel per periphrasin proferunt, distinguntur vero in adverbia.

Loci in loco *wo* / ubi, *da* / ibi, *nirgends* / nullibi, *oben* / supra, *unten* / infra, *innen* / intus, *hinaus* / foras, *von ferne* / procul. *ad locum*, *hin* / dahin / illuc, *wohin* / quorsum, *empor* / auf / aufwärts / sursum, *nieder* / seorsum, *heim* / domum.

Temporis, *wann* / quando, *da* / damahls / tunc, *iso* / nunc, *nun* / nunc, *bald* / gleich / statim, *hernach* / postea, *frühe* / mane, *bisweilen* / interdum, *heute* / hodie, *gestern* / heri, *morgen* / cras, *elten* / raro, *iemahls* / unquam, *niemahls* / nunquam, *bis* / donec, *oft* / saepe, *einst* / aliquando.

Affirmandi, *ja* / ja / doch / imo, *ja freylich* / ita.

Negandi, *nein* / non, (solitarie) *nicht* / non (conjuncte.)

Dubitandi, *vieleicht* / forsan, *kaum* / vix.

Qualitatis, *so* / sic, *als* / quam, *wie* / quomodo.

Quantitatis, *sehr* / valde, *gar* / totum.

Substantiva, adjectiva nec non infinitivus verbi fiunt adverbia addita litera *s* / e.g.

Anfangs / *abends* / *augenblicks* / *rechts* / *nachgehends* / *vergebens* / &c.

CAP. IX.

De

Conjunctionibus.

Copulativa, *auch* / *eben* / quoque, *so wohl* / *als auch* / cum, tum, *wie - als auch* / ut, sic, *wo-da* / ubi, ibi.

Adver-

Adversar. ohne/ præter, zwar-aber/ quidem, sed
sondern/ sed, nichtsdestoweniger/ nihilominus
obſchon/ licet.

Disjunctiva. ob/ ob aber/ num, an, entweder/ oder
aut, aut, weder- noch/ nec, neque, lieber- als
potius, quam.

Causales. denn vel dann/ enim, daß/ ut, quod, weil
diweil/ alldiweil/ quoniam.

Illative. daher/ exinde, denn/ alsdenn/ da/ tunc
ſo- daß/ ita-ut, derohalben/ eapropter.

CAP. X.

De Præpositione Nominis.

Genitivum adiscunt.

binnen/ wegen/ halb vel halben & halber.

Dativum, aus/ bey/ mit/ nebst/ noch/ samt/ seit &
ſint/ von/ zu.

Accusativum auſer/ durch/ ohne/ um vel umb/ wiſ-
der/ ſonder.

Dativum & Accusativum simul.

an/ auf/ ſite/ gegen/ hinter/ in/ über/ unter/ vor/
zwiſchen.

Quædam componuntur & quidem conjunctim
construuntur, e. g. bis auf/ auſerhalb/ hinter/
halb/ oberhalb/ unterhalb.

Alia

Alia separatim, ut
von-aus/ von Grund aus.
von-an/ von Kindes-Weinen an.
von-her/ von Alters her.
von-wegen/ von Rechtswegen.

In fine collocari possunt.
wegen/ halben/ nach/ durch. e. g.
des Hauses wegen.
des Herren Vaters halben.
meinen Gedanken nach.
die ganze Nacht durch &c.

Præpositionum loco adhibentur.
An ſtatt/ ſtatt/ krafft/ vermöge/ zeit/ unangesehen/
ungeachtet/ ausgenommen/ vermittelt/ ſeits. De
Præpositionum ſignificatione atque uſu vide
in ſyntaxi.

SECTIO II.

De Syntaxi.

CAP. I.

De

Constructione in genere.

Hospites in nostra lingua maxime hac in re
peccant, quod voces non in legitimum lo-
cum ponant, sed hoc vitium quilibet facile evi-
tare

Der Krieg ist in allen Ländern gar sehr dem Volcke verderblich. &c.

Bellam nocivum est populo in quacunq; regione.

N. III. ad Num. 7.

1) Verbum immobile est Supinum aut infinitivus. e. g.

¹ Ich ² könnte ⁶ mit ⁵ dir ⁷ gleich gehen/ ¹ ich ² habe ⁶ nur ⁵ ist ⁷ einen Brief zu schreiben/ possem mox tecum abire, sed mihi sunt jam scribendæ literæ.

2) Ad verbum pertinent verbi præpositiones separabiles, præpositiones nominis, quæ cum eodem verbo construuntur, & etiam adjectiva, quæ cum verbis *ich bin*/ aliisque *ich werde*/ construuntur, e. g.

¹ Er ² ging ⁵ damals ⁶ mit ⁷ ihm weg/ abiit tunc cum eo. ¹ Du ² gedenkst ⁵ allezeit ⁶ an ⁷ mich/ tu me semper in memoriam revocas.

¹ Sie ² wurde ⁵ unversehens ⁶ bey ⁷ meiner ¹ Anfunft ² roth/ ⁵ Fœmina ex improvise præsentia mea erubuit.

Not. I. Eleganter aliquando Supinum statim post auxiliare ponitur, si ad huc duo verba sequuntur, quæ ab eodem construuntur, e. g.

¹ Er ² hat ⁵ nicht ⁶ gewusst ⁷ eine ¹ Karpfe ² zu ³ reifen ⁴ und ⁵ sie ⁶ zu ⁷ sieden/ nescivit carptionem mactare & eum coquere.

Not.

Not. II. Supinum & infinitivi promiscue quidem ponuntur, attamen verba auxiliaria rectius in fine locantur, e. g.

Alle Brüder sollten von Rechts wegen sich miteinander vertragen können/ Fratres merito familiariter vivere deberent: dicitur tamen etiam:

Alle Brüder sollten sich von Rechts wegen miteinander können vertragen.

Constructio disposita est.

I. *Quando Nominativus post verbum (a) ponitur*, hoc fit

1.) in quæstione, ut

¹ Hab ² ichs ³ recht ⁴ gemacht?

Nonne recte feci?

² Ist ¹ die ⁷ Mahlzeit ¹ fertig?

Præparatum est prandium?

2) Si vox, quæ alias in medio locum habet, primum locum occupat, ut *casus obliquus*, *adverbium* vel *præpositio* cum suo casu, e. g.

⁴ Das ² kan ¹ ich ³ mir ⁵ nicht ⁷ einbilden/

Hoc non concipere possum, pro

¹ Ich ² kan ³ mir ⁴ das ⁵ nicht ⁶ einbilden.

F

Gestern

(a) *Nominativus quidem post verbum promiscue ponitur, plerumque tamen pronomina & adverbium monosyllaba cum præcedunt*, e. g.

² Hat ³ es ⁴ nun ¹ der ⁵ Schneider ⁶ fertig ⁷ gemacht?

Non ne nunc sartor illud paravit?

¹ Hat ² sich ³ der ⁴ Kerl ⁵ Leid ⁶ angethan? &c.

Gestern bin ich nicht zu Hause gewesen/
Heri non fui domi.

Vorm Jahre ist die ganze Stadt weggebrannt.
Ante annum tota urbs incendio deleta fuit.

Not. Adverbia temporis plerumque & eleganter
primum locum occupant, ut hic vides.

3) Quando nominativi loco pronomen tertiae
personae est praepositur verbo, e. g.

² ¹ ¹ ⁵ ⁷
Es wolts mein Bruder nicht glauben/
Frater meus nolebat hoc credere.

Es haben viele Geschichtschreiber davon Erwäh-
nung gethan.

Multi historici de eodem mentionem fecerunt.

4) In Consequenti, ubi aliquando particula
so aut alia conjunctio praecedit e. g.

² ¹ ⁶
Wenn ich nicht zu Hause bin / kanst du zu mir
⁷
kommen/
Me absente, venias ad me.

Weil du mir geschrieben / so habe ich alles ge-
glaubt.

Quoniam scripsisti mihi, hinc omnia credidi.

II.) Quando verbum mobile in fine collocatur, hoc fit

1) Post voces interrogativas wer quis, welcher qui,
wenn quando, wo ubi, wie quomodo &c.
quando non interrogant, & relativas, e. g.

Was

¹ ⁵ ²
Was ein Herrschaffter behend vollbringt / kan ein
Furchtsamer in langer Zeit nicht ausrichten/
Quae virtute praeditus velociter efficit, timidus
non praestat.

2) Post conjunctiones, e. g.

¹ ³ ⁷ ²
Weil du mich gesehen hast / so &c.
Quoniam me vidisti, sic &c.

¹ ⁵ ⁶ ²
Als ich vergangen zu dir kam/
Cum nuper ad te venirem.

Exceptionem vide in constructione ordin.
not. ad num. I. n. 2.

Not. I. Ubi latini ponunt accusativum cum in-
finitivo, ibi germani solummodo omittunt con-
junctionem daß / & constructio est ordinaria,
e. g.

Ich will es dir sagen / sie sind schon längst von hier
weggegangen.

Dico tibi jamdudum illos ab hinc abiisse, pro

Ich will es dir sagen / daß sie schon längst von hier
weggegangen sind.

Er sagte / er wolte gleich wieder kommen/
Dicebat, se statim rediturum.

Not. II. Verbum mobile & immobile in fine qui-
dem locum habent, attamen rectius verbum
mobile, praecipue si sit auxiliare, sibi ultimum
vindicat locum, e. g.

F 2

Ein

Ein Freund ist ein lebendiger Schatz/ der lange gesucht/ kaum gefunden/ und schwer zu bewahren ist.

Not. III. Verba auxiliaria in fine ponenda sa-
pius omittuntur, e. g. Ich habe den Brief bekommen / welchen du mir geschrieben / sc. hast. accepi literas, quas mihi scripsisti.

Die Apostel haben geschrieben / wie Christus gestorben / Apostoli scripserunt, quomodo Christus mortuus est.

Not. IV. Particulæ quædam, si jam in uno paragrapho adfuerint, omittuntur, e. g. Mein Vater und Mutter verlassen mich / pro mein Vater und meine Mutter. Das habe ich aus deinem Gesichte urtheilen / und deiner Furcht wahrnehmen können / pro aus deiner Furcht.

Not. V. Post Conjunctionem copulativam und &, si præcesserit constr. disposita, eadem retinetur vel in ordinariam mutari potest.

CAP. II.

De

Syntaxi Articuli.

Nominibus Substantivis, nec non adjectivis præponitur articulus definitivus vel indefinitivus.

I. Omitt.

I. Omittitur tamen articulus.

1) In nominibus collectivis indefinite & indefinite sumtis, & quæ nullum possident pluralem, qualia sunt Feuer ignis, Sand arena, Eisen ferrum, &c. e. g.

Er hat lassen Sand herbringen/
Arenam jussit afferre.

Er trägt Holz in den Wald/
Lignum in Sylvam portat, i. e. Superfluum quid facit.

Not. Articulus defin. ponitur si sermo sit de omni individuo, e. g.

Das Feuer brennt/ i. e. alles Feuer:

Ignis urit.

Der Schnee ist weiß/ nix est alba.

2) In nominibus propriis Deorum, Spirituum, hominum, urbium, ac regionum, e. g.

Venus ist die Göttin der Liebe/
Venus est Dea amoris.

Die Juden meinten Beelzebub sey der oberste der Teufel /

Judæi credebant, Beelzebub principem esse diabolorum.

Not. Nominibus propriis aliquando etiam articulus præponitur, e. g.

Der Cicero, der Apostel Paulus/ &c.

Nomina urbium ac regionum fere plane eisdem carent, e. g.

F 3

Bref.

Breslau ist die Hauptstadt in Schlesien.

Vratislavia metropolis est silesia.

Ich reise durch Deutschland.

Iterfacio per Germaniam.

- 3) In locutionibus proverbialibus nomina eis carent, e. g.

Alte soll man ehren / Junge soll man lehren /

Weise soll man fragen / Narren soll man vertragen /

Seniores sunt venerandi, Juvenes docendi, Sapientes interrogandi, Stulti ferendi.

Ereue Hand geht durchs ganze Land /

Probitas ubique aestimatur.

- 4) Dies festi non admittunt articulum, e. g. auf Ostern / in die paschali.

Ich habe deinen Brief erst um Mariens Empfängnis erhalten /

Accepi literas tuas circa festum conceptionis Mariæ.

- 5) Sic etiam adjectiva alle omne, & viel multum, non admittunt articulum, e. g.

Alle Menschen sind zu schwach / so viele Wohlthaten Gottes recht zu erkennen /

Omnes homines sunt incapaces tot beneficia Dei ex merito cognoscere.

Große Herren versprechen vieles / aber das wenigste halten sie /

Principes multa promittunt, sed parum stant promissis,

6) Ar-

- 6.) Articuli omittuntur quoque, si sermo est de parte alicujus rei, e. g.

Gieb mir Brot / da mihi frustum panis.

Gott machte den Menschen von Erde /

Deus creavit hominem ex terra.

- 7.) Duo Substantiva unum solum admittunt articulum, si genitivus præcedit, e. g.

Der Friedensstörer / turbator pacis.

Des Verstorbenen Gedächtnis / demortui memoria.

Sie betlagen deines Bruders Unglücke /

Dolent vicem adversam fratris tui.

Die Leibes-Schwachheit verursacht oft der Seelen Gesundheit /

Infirmitas corporis producit sapius valetudinem animæ.

- 8.) Nomina unius generis, quando in uno paragrapho concurrunt, posterioris articulus omittitur, e. g.

Das Gold und Silber verehret man als einen Gott.

Aurum atque argentum Deo rariora habentur, pro das Gold und das Silber.

So wohl die Berge als Thäler wurden in der Sündfluth mit Wasser bedeckt.

Montes & valles tegebantur aquis diluvii.

- 9.) Dantur singulares phrasæ, quæ non admittunt articulum, quales sunt:

Haus halten / Oeconomicum agere.

Wirthschaft treiben / rebus domesticis præesse.

Gehorsam leisten / obedire &c.

F 4

II. Art

II. *Articulus ordinariè præcedit Substantivum*, attamen postponitur aliquando, e. g.

1.) In nominibus propriis articulus illi adjectivo post substantivum positò, quod characterem personæ indicat, præponitur e. g.

Carl der Sechste / Carolus VI.

Opitz der berühmte Dichter / Opitius celebris Poëta.

Dicitur tamen etiam

Der berühmte Redner Cicero,

Celebris Orator Cicero.

Der weise Salomon /

Salomon sapiens.

2) Nomina substantiva *die Menge* / multitudo, *die Hülle & Fülle* plenitudo, ponuntur cum articulo post genitivum, quem assument, e. g.

Reichthums die Menge / abundantia divitiarum.

Essens die Hülle und Fülle / ciborum ubertas.

III. *Duplex aliquando reperitur articulus*, ante scilicet & post substantivum, quod tamen non est imitandum, e. g.

Die Welt die ist ein Meer/wo man bald scheitern kan /

Drum sieh dich drinnen vor/ und fang es klüglich an.

CAP.

CAP. III.

De

Syntaxi Nominis.

§. I.

A *Djectivum conjunctum vel cum articulo vel sine eodem & pronomen præponuntur Substantivo in eodem genere, numero & casu*, e. g.

Der gute Hirte / bonus Pastor.

Eine rechtschaffene Liebe trifft man nicht bey allen Freunden an.

Verus amor non invenitur in omnibus amicis.

Postponitur tamen adjectivum & pronomen.

1) In precatione dominica, ubi jam usu receptum est, ut

Vater Unser / pro *unser Vater* /

Pater noster.

a quibusdam dicitur etiam: *unser Vater*.

2) Adjectiva, quæ characterem personæ significant, nominibus propriis postponi & præponi possunt ut supra cap. II. §. 2. n. 1. dictum fuit, e. g.

Alexander der grosse hat sich durch seine Heldens Thaten berühmt gemacht.

Alexander magnus Marte celebris evasit.

3) Adjectivum *voll & voller* / e. g.

Eine Kanne voll Wein /

Cantharus vino plenus.

F 5

66

Es ist eine Stadt voll böser Leute/
Est urbs hominibus impiis repleta.
Ein Ort voller Unglücke/
Locus infortunii plenus.

Not. Duo hæc adjectiva præponuntur substantivo, quando nullum adsciscunt substantivum aliud e. g.

Die volle Kanne / die volle Stadt / der volle Ort / &c.

4) Numeralia ordinalia (q̄. adjectiva) verbo præponi & postponi possunt, e. g.

Im Jahr tausend / sieben Hundert zwey und zwanzig / vel im tausend sieben Hundert und zwey und zwanzigsten Jahre. Anno 1722.

D. Luther hat die Reformation im Jahr tausend fünf Hundert und siebenzehn angefangen.

§. II. Duo Substantiva, quando conveniunt diversimode construuntur.

1) Nomina rei continentis & numeri physice & moraliter requirunt *nominativum* contenti & numerati, e. g.

Gieb mir eine Kanne Wein /

Da mihi cantharum vino plenum.

Die alten Deutschen setzten die Verstorbenen auf einen großen Stof Holz und verbrannten sie.

Veteres Germani mortuos imponebant magno acervo lignorum & eos cremabant.

Sic etiam ein Fass Bier / ein paar Ochsen / eine Schachtel Geld / &c.

Not.

Not. Hic ponendus esset genitivus, ut ein *Mas Bieres* / quod quidem in quibusdam locutionibus fieri poterit, sed significatio plane alia est, e. g.

Gieb mir eine Kanne des Bieres / vel melius Bier. Kanne. Significatio est, da mihi Cantharum eum, qui pertinet aut destinatus est ad cerevisiam:

Gieb mir eine Kanne Bier /

Significat: Da mihi tantum cerevisiæ, quantum cantharus capit.

2) Nomina, quæ indicant possessionem aut quasi talem, requirunt genitivum possidentis, e. g.

Des Vaters Bücher / libri patris.

Das Unerdenken der besten Wohlthaten dauret bey Vielen nicht lange.

Memoria optimorum beneficiorum apud plurimos non diu durat.

3) Duo Substantiva, quorum alter characterem singularem aut differentiam a similibus rebus significat in unum quasi coalescunt vel mediate signo conjunctionis vel immediate, e. g.

Die Goldgrube / aurifodina.

Das Rathhaus / curia.

Die unbedachtsamen Sünden der Jugend machen im Alter eine grosse Gewissens-Unruh /

Peccata imprudentis juventutis faciunt in senectute stimulos conscientiæ.

N. r.

N. 1. Nomina quædam horum, quæ sæpius occurrunt, conjunguntur sine signo conjunctionis, e. g.

Das Rathhaus curia.

Baumöl oleum olivarum.

Quæ vero raro occurrunt vel pro dicentis aut scribentis lubitu componuntur, requirunt signum conjunctionis, præsertim, si præcedens est polysyllabum, e. g.

Eine Toback's-Pfeiffe fistula tabaci.

Ein Pfeffer-Korn granum piperis.

Eine Fleder-Maus vespertilio &c.

N. 2. In compositione adhibetur mox nominativus, genitivus aut alius casus, mox vero plane alia terminatio prioris substantivi, ubi maxime respicitur ad euphoniã, quam scribens aut loquens ipsemet facile deprehendit.

CAP. IV.

De

Syntaxi Genitivi.

I. **N**omen Substantivum possessi asciscit genitivum possidentis, ut capite præcedenti dictum fuit, e. g.

Die Schönheit einer Frauen/ pulchritudo femina.

Er hat des Kauffmanns Geld heimlich weggetragen/ pecuniam mercatoris clam abstulit.

2) In

2) In describendo modum aut qualitatem rei, ubi latini ponunt ablativum, ponitur genitivus, e. g.

Er ist oberzehnter maßen weggegangen/

Abiit modo descripto.

Sie ist ihres Reichthumes vom Adel/

Fœmina genere nobilis.

Du wirst nicht schimpfflicher Weise dein Haab und Gut verlassen/

Noli ignominioso modo bona tua relinquere.

3) Verbum **ich bin** aliquando recipit genitivum, e. g.

Ich bin willens/ mens mihi est.

Er war eben der Meinung/ eandem fovebat sententiam.

Sic etiam gutes Muthes/ rathes seyn &c.

4) Verba reciproca asciscunt genitivum, e. g.

Sch erinnere mich des Buches/

Recordor libri.

Er hat sich des Stehlens beflisset/

Furtum exercitavit.

Sie mögen sich des Dorffes bedienen/

Jurisdictionem pagi iis exercere licet.

Not. Adhiberi tamen etiam loco genitivi alius casus cum præpositione potest, e. g.

Ich habe mich vom Lachen nicht enthalten können/ Risum tenere non potui.

5) Quædam adjectiva absoluta & adverbia in specie asciscunt genitivum, ut sähig potens, theilhaftig particeps, schuldig dignus, wüthend

würdig idem künig conscius, versichert certus, gnug satis &c. e. g.

Ich bin meiner Kräfte nicht fähig/
Viribus meis uti non possum.

Wer seinen Bruder tödtet / der ist eines harten
Todes schuldig/

Fatricida dignus est acerba morte.

6) Assumunt Genitivum verba quædam, e. g.

Ich lebe der Hoffnung/ hac spe vivo.

Talia quoque sunt gestorben/ geharrt/ gewartet/
vergessen/ beschuldiget/ gepflegt/ &c

Not. Cuilibet persuadere volo, ne nimium hac phrasi utatur, nisi de ejus usu satis certus sit; sed potius dativum aut accusativum vel præpositionem cum suo casu adhibeat; nam dicitur quidem; Ich will dessen gedencken/ & ich will an das gedencken/ hujus recordatus ero, sed non; ich will des Buches/ sed potius, ich will an das Buch gedencken. Dantur tamen phrasæ, quæ non aliter exprimi possunt, e. g. gehe deines Weges/ vel deiner Wege/ abi, i. e. fac quæ tua sunt, ubi non in hoc significato dicere possum; Gehe auf deinem Wege.

7) In describendo tempus ponitur genitivus, qui assumit quasi naturam adverbii, e. g.

Anfangs in principio.

Er meinte/ er mußte augenblicks sterben/
Putabat, in momento se moriturum esse.

Die Sonne kan des Morgens hell aufgehen/welche
des Abends trübe unterging/

Sol oriri potest mane splendidus, qui occidebat
vesperi nubilofus.

Der König ist verwichenen Jahres in der Haupt-
Stadt gekrönet worden/

Rex præterlapso anno in metropoli coronatus
est.

8) Interjectiones quædam genitivo gaudent,
e. g.

O! des Jammers und Elendes! welches wir aus-
zustehen haben.

O miseria, quam experimur.

Woh! der Schande! &c.

CAP. V.

De

Constructione Dativi.

1. Dativus ponitur ad quæstionem **Wem?**
Cui?

Er hat dem Knechte sein Kleid gegeben/

Dedit famulo vestimentum suum.

Gott hat dem Menschen seine Güter nur geleh-
net/ nicht gegeben.

Deus hominibus bona sua tantummodo mu-
tuo non dono dedit.

2) Adjectiva commodi, incommodi, facilitatis,
difficultatis, similitudinis & his similia ad-
fiscunt Dativum, e. g.

Es ist dir so viel nütze/ als einem Kinde ein spißi-
ges Messer/

Idem tibi prodest, ac infanti culter acutus.

Die Werke halten davor/ daß der Schwefel mei-
stens der Brust zuträglich sey/

Medici putant, sulphur maxime prodesse pe-
ctori.

Wer gute Anleitung hat / dem kan die deutsche
Sprache unmöglich schwer seyn.

Qui habet informationem perspicuam, ei ne-
quaquam lingua Germanica magnam diffi-
cultatem movere potest.

3) Dativum requirunt verba helfen/ ruffen/ sol-
gen/ fluchen/ schmeicheln/ e. g.

Wem nicht zu rathen ist/ dem ist auch nicht zu
helffen/

Qui consilium spernit, pereat necesse est.

Wenn die Eltern die Kinder ruffen/ so sollen sie
ihnen folgen/

Liberi dicto parentum audientes funto.

4) Impersonalia, quæ adsumunt dativum, sunt:
es gefällt/ gebühret/ geziemet/ träumet/ scha-
det/ begegnet/ wiederfährt/ gehet/ mangelt/ be-
liebet/ grauet/ fehlt/ gebriecht/ &c.

Die Straffe von den Oberherren gefällt den Un-
terthanen wenig.

Pœna principum parum subditis placet.

Es geziemet keinem Christen einen Heuchler ab-
zugeben/

Nullum decet Christianum simulatorem agere.

Er läßt ihm von güldnen Bergen träumen. prov.

CAPUT

CAP. VI.

De

Constructione Accusativi.

1) Accusativus ponitur ad quæstionem wen/
quem? neutr. was/ quid? e. g.

Er bringet sich und seine Kinder in Unglück.

Se & liberos suos infelices reddit.

Die Hirten bewachen die Schafe/

Pastores custodiunt oves.

2) In descriptione temporis ponitur præter geni-
tivum, etiam accusativus, e. g.

Er hat das dritte Jahr nichts lobenswürdiges
gethan/

Anno tertio nihil laude dignum perfecit.

Ich habe es die Zeit meines Lebens nicht gesehen/

Nec unquam vidi.

Sie sind diesen Montag verreiset/

Die nuperrimo Luna profecti sunt.

Ihr habt den Augenblick wollen wieder kommen/
und seyd schon eine Stunde hier/

Promissistis, vos propediem redituros, & hic
jam per horæ spatium commorastis.

Not. Si vero tempus sit futurum, nec genitivo
nec accusativo utuntur, sed construunt
cum præpositione:

Er will auf zukünftige Woche unter die Sol-
daten gehen/

Proximo hebdomade castra secuturus est,

G

Wir

Wir hoffen übers Jahr eine reiche Erndte zu haben. &c.

Speramus anno sequenti messem fecundam.

Es wird in hundert Jahren noch nicht geschehen.

- 3) Adjectiva, verba & adverbia Mensuræ atque pretii requirunt accusativum, e. g.

Der Stein ist einen Schritt hoch/

Lapis habet altitudinem gradus.

Der Baum ist nicht einen Arm lang/

Arbor non habet longitudinem brachii.

Der Hering kostet einen Groschen/

Halec constat grosso.

- 4) Impersonalia, quæ accusativum poscunt, sunt; es deucht/ dünckt/ duestet/ erfreuet/ gelüßt/ hungert/ jammert/ schmerzet/ schläffert/ verdreust/ wundert &c.

Des Kindes Tod hat die Eltern sehr gejammert/

Mortem infantis parentes valde miserti sunt.

Es wundert mich/ daß du so fleißig bist/

Miror diligentiam tuam.

CAP. VII.

De

Constructione Adject.

1) Præponitur substantivo vid. cap. 3. n. 1.

2) Aliquando postponitur vid. pag. 89.

3) Par-

- 3) Particula zu præponitur aliquando adjectivo & ejus significationem adeo auget, ut abundantiam quasi significet, e. g.

Die Leute / welche zu reich sind/ werden gemeinlich geizig/

Homines, qui abundant divitiis, plerumque avari evadunt.

Durch zu vieles Essen u. zu vieles Trinken schwächet man die Gesundheit/

Nimio cibo atque potu debilitatur sanitas.

- 4) Duo vel plura adjectiva, quando conveniunt, priorem terminationem euphoniæ causa abjiciunt, e. g.

Die unerschöret große Noth/

Inaudita calamitas.

Huc præcipue pertinent numeralia, e. g.

Im hundert und zwey und zwanzigsten Jahre/

Anno millesimo vigesimo secundo: neutiquam dicendum;

Im hundertten und andern und zwanzigsten Jahre.

Hoc modo etiam tractantur nomina, ut scilicet terminationem ultimum solum recipiat, e. g.

Herrn Daniel Caspar von Lohensteins Gedichte/ Poëmata Domini Danielis Caspari a Lohenstein.

Samuel Pufendorfs Einleitung zu der Historie/ Samuelis Pufendorffii introductio in histori- am, &c.

CAP. VIII.

De

Constructione pronominis.

I. **Q**uando duo verba unius personæ & cum conjunctione juncta conveniunt, posterioris verbi pronomen personale omittitur, e. g.

Ich habe es gesagt/ und werde es sagen/

Dixi & dicam, pro ich werde.

Er hat ihn geschlagen und noch dazu beym Richter verklagt/

Verberibus eum tractavit & adhuc in judicio accusavit.

2) Genitivus *meinet/ deinet/ ihrent* &c. solummodo construuntur cum præpositionibus *halben & wegen* eisque præponitur, e. g.

Er hat es einhig und allein meinerwegen gethan/

Mei causa solummodo hoc fecit.

Ein Bräutigam liebte seine Braut, und ihrentwegen ließ er sein Leben/

Sponsus amabat sponsam, ejusque causa vitam amittebat.

3) Pronomen possessivum ponitur aliquando post genitivum sine ulla necessitate, e. g.

Des Vaters seine Bücher/ libri patris.

Der Tugend/ welche doch von vielen schlecht

und geringe geachtet wird/ ihr Lob vergehet

nimmermehr/

Vir-

Virtutis, quæ tamen a plurimis parvi penditur, laus nunquam perit.

4) **Es** ponitur pro *das* sed indefinite & indeterminate

a) in impersonalibus, e. g.

es regnet pluit.

es schnehet ningit.

b) ab initio nominativi singularis & pluralis loco, e. g.

Es thut mancher was / so ihn hernach gereuet/

Quidam id facit, cujus postea panitet.

Es verlangte die Jungfer einen Mann/ so ihr anesünde /

Virgo postulabat maritum, qui ei placeret.

Es sagen nicht alle das / was sie doch gedencen/

Non omnes id dicunt, quod cogitant.

5) **Man** quidem etiam pronomen indefinitam habens significationem, sed solummodo ponitur, ubi fermo est de homine quodam, non autem de brutis aut aliis rebus, e. g.

